


Dissertatio, Exhibens Positiones Nonnullas, Matrimonii Consummatione Et De Juribus Conjugum

[Rostock]: Typis I. I. Adleri, [1753]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892643145>

Druck Freier  Zugang






Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn892643145/phys_0001

DFG

V. l. — 197 (23.)

Pl. — 197 (23.)



DISSERTATIO,
EXHIBENS POSITIONES NONNULLAS,
DE
MATRIMONII CONSUMMATIONE
ET
DE JURIBUS CONJUGUM.

QUAM,
DEO T. O. M. GRATIAM SUAM LARGIENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO FRIDERICO,

DVCE AC PRINCIPE
HEREDITARIO MECKLENBURGICO,
PRINCIPE VANDALORUM, SVERINI AC RACEBURGI,
COMITE ITEM SVERINENSI,
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE
DOMINO,
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE
DN. ERNEST. JO. FRID. *Wanzeln,*
SEREN. DUCIS REGNANTIS MECKL.

CONSIL. CANCELL. ET CONSIST. ATQUE PANDECTARUM
PROF. ORD. FAC. SENIORE,
IN AUDITORIO MAXIMO,
HORIS ANTEMERIDIANIS CONSUVETIS,
A. O. R. MDCCCLIII. d. 18. APR.

DEFENDET,
DOMINICUS AUG. PRÆVEKE,

SALIZA-MECKL.
ADVERSUS PLACIDE DISSENTIENTES,
DIET. JOACH. HELMUTH SPRENGELN,
ZITTAVIO-MECKL.
GODOFR. DIET. JO. HENR. LEONH. WESTERHEIDEN,
CHALUSO-MECKL. ET
JO. FRID. HINTZEN, ROGGENSTORFFIO-MECKL.
PHILOS. ET SS. THEOL. CULTORES.

TYPIS I. I. ADLERI, SEREN. DVCIS AVL. & ACAD. TYP.

EXHIBENS POSITIONES NONNULLAS
MATRIMONI CONSUMMATIONE
DE JURIBUS CONIUGUM

DED. T. O. M. GRATIAM SUAM LAUDIBUS
RECTORI MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINO FRIDERICO
DUCIS AC PRINCIPIS
HEREDITARIO MECKLENBURGICO
PRINCIPIS VANDALORUM, SHERINI AC RACERBOGI
COMITIS TEMSVERINENSIS
TERRARUM BOSTOCHNI ET STARGARDIAE
DOMINO

DOMINO NOTARO LONGE CLEMENTISSIMO
IN ACADEMIA BOSTOCHNENSIS
PRESIDE
DN. ERNEST. JO. FRID. SPANGH
SEREN. DUCIS REGNANTIS MECL.
CONSIL. CANCELL. ET CONSIST. ATQUE PANDACTARUM
PROF. ORD. FACULTATIS
IN AUDITORIO MAXIMO
HONORIS ANTI-MERITO ANTI-CONSVETIS
A. G. R. MDCCCLXII. A. 18. MAR.

DEEINDET
DOMINUS AUG. PRÄVIERKE
SALVA MECL.
ADPUSUS TRACIPE DISSERTATIONES
DIET. JOHANN. HELMUTH SPANGH
ATTAVIO MECL.
GODOFR. DIET. JO. HENR. LEONH. WESTERHEDEN
CHALVIO MECL. ET
JO. FRID. HINTZEN, ROBERTSTORPIO MECL.
HONOR. ET ES THEOL. CULTORIS

DR. THEOL. ERNEST. DUCIS AVL. A. 18. MAR.

HANC DISSSERTATIONEM
ACADEMICAM
VIRO,
ADMODUM REVERENDO ATQVE
DOCTISSIMO,
DN. JOACHIMO
PRÆVEKEN,

PASTORI, ECCLESIAE SALIZENZIS, IN DUCATU
MECKLENBURGICO,
LONGE VIGILANTISSIMO, MERITISSIMO,
DOMINO SUO PARENTI,
ET A TENERIS, AD ACADEMICIS PROXIMOS ANNOS,
PRÆCEPTORI INCOMPARABILI
ATQVE FIDELISSIMO,

HANCCE DISSERTATIONEM
ACADEMICAM,
IN TESSERAM FILIALIS OBSERVANTIÆ,
AC GRATITUDINIS, PRO OMNIBUS
IN SE COLLATIS BENEFICIIS, CUM VOTO VALETUDINIS,
AD NESTOREOS ANNOS, INCONCUSSÆ,
OMNI, QVA DECET, PIETATE

SANCTAM ESSE OPTAT,

OBEDIENTISSIMUS FILIUS,
DOMINICUS AUGUSTUS PRÆVEKE.

* * * *

* * * *

POSITIONES

CLASSIS PRÆTOR.

PRÆMITTENDUM.

Tertia hæc est dissertatio, ex illis quatuor, quas, probaturi, se non laborare morbo cathedrifugæ, defendendas sibi sumserunt optimæ indolis Domini Commilitones. Sequetur, non post festum, uti est in ironia, sed vere post festum Paschatos, quarta, *de Dissolutione nexus sponsalitiæ atque conjugalis*. Sunt hæc disputationes antiquis Rostochiensibus, per theses conceptis & hodiernis, Anglicanis, aliis, vid. ALBERTI *Briefe P. 3. ep. 48.* similes &, quantum ad probandam academicam promptitudinem, sufficientes. Non omnium est, limatas & edecumatas admirabilesque disputationes in cathedram ferre. Obrui mur, variorum officiorum mole & latrunculi, post carecta latentes, sciant, haud raro diei & noctis differentiam vix manere salvam. Inter tot distractiones soepe incidunt verba Heinecciana, quibus utitur in Præf. Elem. Juris Germ. p. 80. *Scriptimus hæc tot oppressi laboribus, ut soepe somno iussurandum esset tempus.*

) (POSI-

POSITIONES IPSÆ.

CLASSIS PRIOR.

- I. **N**otentur tempora prohibita, pie introducta. Omnes feria divinæ. Hebdomades, a Dom. Quinquag. ad Dom. Quasimod. a Dom. 2 Adv. adusque finem illius septidui, in quod incidit festum Nativ. Domini. Dies Lunæ & Saturni & tandem dies reliqui hebdomadis post Fer. 3. Pentec.
- II. Proclamationis utilitas est magna; Judicatur de ejus effectibus, privatis, ex regulis, de absentia. *Vid. BORNII diss. de banno nuptiali MENCKEN diss. de omiſſa procl. sacerdot.*
- III. Omisſio illius, ob periculum in mora, de qua *CARPZOVIVUS Lib. II. definit. Conſiſt. d. 141.* possibilis quidem, sed rara.
- IV. Puniuntur Pastores, benedictionem sacerdotalem viatoribus fortuitis impertientes. Quid si simul praxis matrimonium, ea ratione stabilitum, declararet pro nullo. Puniantur etiam impetrantes.
- V. Dispensatio, qua proclamationem, est arbitrii; Ex privilegio omittenda, probetur.
- VI. Tempora luctus sunt per leges ordinata; alia propter honestatem tantum; alia, propter evitacionem naturaliter turpium. Ipsa sponsalia sint objecta vigilantia pastoralis.
- VII. Hæc tempora enim et desponsatis veniunt observanda, maxime qua sponſam.
- VIII. Leges Mecklenburgicæ, conversationem desponsatorum restringentes, piæ sunt; sed ubi lex, ubi fraus.
- IX. Etiam in articulo mortis Pastores possunt copulare conjuges.
- X. Benedictio sacerdotalis, sive hierologia, est de essentia civili conjugii; Non tamen ea est abutendum, in rationibus decidendi, maxime qua successione nati ex sponsa publice declarata, in civilibus. *vid. nostra diss. spec.*
- XI. Ætas benedictionis sacerdotalis meretur indagari. Forte expedit quærere: Quis Imperatorum Christianorum primus, a sacerdote, cum sua conjuge, sit copulatus.

XII. Lon-

- XII. Longa disputatio, de qua agit Thomasiانا disputatio, de validitate matrimonii, copulatione facta, per Pastorem ab officio remotum, tribus verbis negativis potest absolvi.
- XIII. Coecas, furdas & mutas simul personas, epilepticas etiam & adeo grossas & simplices ut pro mente captis fere habeantur, pariter ac illas, quæ per intervalla furunt, non copulet Pastor absque concessione Consistorii.
- XIV. Prodigos, declaratos, parum abest, quin eodem censeamus jure.
- XV. Nullum sibi faciat dubium Pastor, copulaturus partes ad effectum matrimonii morganatici, sive salici, der Ehe zur sinesen Hand, positis personis nempe habilibus.
- XVI. Quod si autem, inter privatos, se sifteret sponsi vicarius, etiam specialissimo mandato instructus, denegetur copulatio per procuratorem.
- XVII. Matrimonium conscientia, mariage de conscience, arceatur a nostris finibus. *Vid. diss. HER TII, WILLENBERGII & aliorum,*
- XVIII. Virgineum matrimonium est contradictio in adjecto, sive fideroxylon. Præstitit inventoribus, qua Henricum Sanctum, insignem utilitatem, qualem habent latrones ex insidiis.
- XIX. Matrimonium honorarium, cujus in Sacra Scriptura duo sunt exempla, omnino manet inter doctrinas. *Vid. b. PALTHENII elegans programma Gryphicum, in Festo Nativ. Domini.*
- XX. Unus ducat uxorem tantum unam. Ratio naturalis hoc vehementer svadet, Jus divinum positivum vult legi & explicari. Controversia, super hoc puncto, ad iras usque agitata, tribus queunt verbis absolvi, quod ad polygamia speciem, quæ est in polygynia. Cui non dictæ lites Dantiscana, Weichmanno-Willenbergiana.
- XXI. Una nubat uni masculo tantum; Polyandria enim est omni jure turpis; Quicquid dicat, unus, quem hætenus contrarium statuere offendimus, *P. L. in diss. Argentor. corollario.*

XXII. Male Ecclesia Græca, textus Paulinos, 1 Tim. III. 2. 12. de polygamia accipit successiva. Nobis Pastor sit uxoratus, quod, in genere, ad iussa referre, pro cathedra placet. Datis casibus repetat conjugium.

XXIII. Secundas nuptias appellare odiosas, forte est, si exceperis iura liberorum, prioris matrimonii, regunda, ex schola illorum, qui novercam derivant a nova & arca. *Vid. BERLICH. de Jure Noverc. Sect. 17.* odii novercalis expressio est latinitatis merito suspecta.

XXIV. Vitrici et novercæ actiones injuriarum salvas habent contra Jctos. Anile etiam est dictorium: *Der eine Stiefmutter hat, kriegt auch wol einen Stiefvater.* Plebs non est animal rationale.

XXV. Jura conjugum, inter se, alia sunt reciproca; alia mariti in uxorem; alia uxoris in maritum. Correctionem verbalem referimus ad reciproca; Non tamen absque sale est notio der Svardinen-Predigt.

XXVI. Uxorem coruscare radiis mariti, non quidem est meri juris civilis; Patitur tamen juris positivi & pactitias limitationes.

XXVII. Conjugium amazonicum est contra naturalem rationem; pactum, daß die Frau den Huth haben solle, est ipso jure nullum.

XXVIII. Pacta, de nobilitate, nomine et insignibus ab uxore in maritum derivandis, nihil operantur. Venter non nobilitat. *Vid. GUNDLINGII spec. diff.*

XXIX. Qua religionem, si christiana diversa, toleranda conventio, vel de liberis diversi sexus inter religiones parentum dividendis, vel de alternatione. Simpliciter autem pacisci velle, in Terris Protestantium, liberos indistincte sequi debere religionem matris, utut locupletissimæ, fit thema, actionis fiscalis. Et ut rotunde edamus mentem, statuimus, nullam, in terris nostris, qua prolem concederemus, a Lutherana religione patris, diversitatem.

XXX, Con-

- XXX. Conventio, de non mutando domicilio, in gratiam uxoris inita, est illicita, hinc invalida.
- XXXI. Conjuges minores contra pacta dotalia nequeunt in integrum restitui, nisi probetur singularis irretitio.
- XXXII. Morgengaba est etiam generis masculini; Olim erat character vere consummati matrimonii.
- XXXIII. Donationum inter virum ex uxorem, de jure Romano regula prohibitiva, per exceptiones praxeos Germanicæ, devoratur.
- XXXIV. Arrhæ sponsalitiæ, morte interveniente, maneat penes accipientes, possidentes.
- XXXV. Dona nuptialia convivarum & amicorum sunt generis communis, absque distinctione genealogica, vel alia, etiam sumtuum convivii nuptialis.
- XXXVI. Bonorum uxiorum limites non regit jurisprudentia Consistorialis, directe; Soepe tamen ingrediuntur jura illorum & distinctiones processus, & savitiarum & divortiorum totalium. Hinc sciendum, etiam hoc loco, quod sint vel dotalia, vel paraphernalia, vel receptitia, tenendaque regula; Omnia, quæ tempore initi matrimonii jam habet uxor in dubio sunt dotalia.
- XXXVII. Prästantissima sunt brocardica jurium Germ. Huth bey Schleyer und Schleyer bey Huth: Mann und Weib haben kein gezweyet Guth: Wenn die Decke beschlagen, sind die Ehegatten gleich reich. Tribus: Omnia horum amicorum sunt communia.
- XXXVIII. Communionem bonorum inter conjuges, etiam si se contulerint, ad locum, ubi non sunt jura communionis, continuari, haud iniqua est nonnullorum opinio.
- XXXIX. Diæteria, ex Juris Romani principiis, malo consilio adoptata: Eine Frau verdienet nichts: Die Frau hat ein todtes Capital, sunt contra Jus divinum. Porro hinc sequitur, portionem statutariam esse ex juribus magis sobriis; Merito

enim aliis, immitibus, obstandum foret pariter illo divino;
 Von Anfang war es nicht also. *Vid. KRESSII diff. de equi-
 tate successiois conjugalis.*

XL. Quatenus sponsis debeatur portio statutaria, variis distinctio-
 nibus erit resolvendum. Publica, pura sponsalia sunt in pri-
 mis requisita; Non tamen ubique sufficiunt, imo ne quidem
 copulatio omnibi facit satis.

CLASSIS POSTERIOR.

- I. **P**rincipes possunt facere essentias, maxime in matrimo-
 nialibus.
- II. Hymnum: Wie schön leuchtet der Morgen = Stern, cantari,
 inter ceremonias copulationis, displiceat omnibus cordatis
 viris. Fiat hymnus, de conjugio & cantetur ille, quando
 agitur de unione mystica, non contra.
- III. In copulatione vetulae, non omittenda sunt verba in Ordina-
 tione Eccl. praescripta: Seyd fruchtbar und mehret euch,
 cum sequentibus, de doloribus partus &c.
- IV. Quæritur: Num dentur virgines inhonestæ. Desiniatur
 terminus & actus, a quo desinat virginitas.
- V. Sponsa violenter olim stuprata fertum virginale non conce-
 dat Pastor copulans.
- VI. Idem dicendum de ea, cujus sponsus post copulationem,
 ante conscensionem thalami, obierat. Hanc enim viduam
 appellat nostra theoria, applaudens juribus, quæ civiliter non
 urgent, daß die Decke beschlagen und daß das Ehebett beschritten
 sey. Facile hinc emergunt quæstiones, de formula procla-
 mandi &c. Qua proœdriam & forum, sequimur analogiam.
- VII. Graviter est distingvendum, inter Bigamiam, quam & Di-
 gamiam vocamus, & Polygamiam.
- IIIX. B. Lutherus Philippo, Hassiæ Landgravio, concedens biga-
 miam, multos excitavit censores. Audiatur ille & tota causa
 absque oestro consideretur. Formetur casus, de uxore, de-
 spera-

perato, vel animi, vel corporis morbo laborante, cui maritus cavet, de omni ope, Præjudicialis controversiæ status rite formetur. Regulæ patiuntur exceptiones. Sed manum de tabula. *Zeg. J. G. RICHTER* epistola, examinans singulares quasdam Mart. Lutheri, de matrimonio sententias. *Conf. G O E-ZII* diff. ad illud: D. Luther's Schuße sind nicht allen Dorf-Priestern (quid tandem sibi vult hæc ridicula oppositio, vid. die Meckl. Rang-Ordnung, Nr. XIV.) gerecht.

IX. Artificium, prohibiti, in Papatu, conjugii clericalis, est unum ex illis mille. Expediret historiam ejus accuratius exponere, quo constaret de limitibus & differentiis concubiniæ, coquæ & uxoris. *Conf. nostra excerpta, Prot. Visit. Meckl. de 1534. sqq. im Etwas & in Diss.*

X. Sunt, qui putant, Jacobum, ineunte anno primo, servitii septennalis, Rachelen accepisse uxorem; Sed obstant verba: Es dauchte ihm, als wären es einzelne Tage, quamvis & illis reponenda supersint. Obstat & genius Labanis. *Legatur MATERI* Theol. diff. de admirabili Jacobi cum duabus sororibus conjugio, quæ sane lectu est dignissima, ob excerpta veterum, etiam ipsius B. Lutheri.



PRÆNO-

PRÆNOBILI
DOMINO RESPONDENTI,

AMICO SUO PERDILECTO


S. P. D.


PRÆSES,


Jam in Te, CULTISSIME DOMINE PRÆVEKE! cudetur Dominorum Opponentium faba. Sunt inter illos duo, qui, honestæ vindictæ cupidi, Te, quem habuerunt opponentem strenuum, fortiter aggredientur. Sed salvi erunt tui hædi, in amicabile colloquium definit vestrum certamen. Veritas est in labaro vestro; Fragrantior autem fit illa, si, juti est in simili, ab herbis desumpto, ex- & disteritur. Non est allotrioepiscopia, VIR-IUVENIS ORNATISSIME! quam exeres, disputando Præfide Professore Juris. Pagellæ probant studia, quibus carere nequeunt, qui officio suo ecclesiastico rite recteque volunt defungi. Damnavi aliquando, in scripto s. t. Discours, von der Einrichtung des academischen Studirens, particulam: Nur, quoties nempe adhibetur a pigris, qui, admoniti de discendis altioribus, reponunt: Ich will Nur ein = = werden. Stat mihi semper ea sententia & vellem, meos concives Mecklenburgicos Studiosos ardentissime ambire veram eruditionem, junctam cum probitate. Vana est scientia sine conscientia & quod ad Dominos Theologiæ Cultores, jungatur die Gottseligkeit mit der Gottesgelahrtheit, quo non solum ex officio externe agant, sed & ex toto corde doceant; Priorum enim ego nollem, esse Auditor, etiam si mihi pro singulis horis offerrent aureos. Landem mereris, CLARISSIME DOMINE PRÆVEKEN! mereberis cum Deo & die, majorem, Deus T. O. M. absolutis studiis, & bene præparatum Te admoveat officio sacro. Vigilantissimus Pastor esse est inter adjectiva, inter alia consvera. Vigila & pascere, & quidem in humilitate & timore Domini; Sic superabis omnes sequipedales. Deus Tibi diu servet Admodum Reverendum Dominum PARENTEM, de ecclesia Christi & speciatim de concredita optime merentem. Esto fidelis & imperterritus; nemini, qui malus est, parce; tutus eris sub clypeo divino & Deus erit tibi tanta merces, ut propter utilia domestica, ceu fieri observavi, nemini blandiri debeas; Ut taceam, a bobus officia humanitatis frustra expectari. Altissimus omnes verbi sancti ministros faciat sanctos & strenuos pietatis & fidei, per opera probatæ, promotores. Tribus: Apprecor Tibi Temperamentum B. Lutheri.


Vale & memento semper, Te in Academia patria me etiam habuisse studiorum Tuorum aliqualem amplificatorem. Semper Tu mihi gratus & ego Tibi officiosus ero. Scito enim, quod omnium Studiosorum, qui me utuntur, datis occasionibus, haud sim immemor. Vale!


Dab. Dom. Palmarum Anno MDCCLIII.














VIR PRAENOBILISSIMVS
VS ADOLPHVS KROHN
LVBECENSIS

ffima vitae suae ratione ita exponens:
inclytam Lubecam, vbi in lucem editus sum anno saeculi
tertio, die trigesimo Maii. Pater fuit HERMANNVS GEOR-
D. Reip. Lubecensis, quum in viuis esset, Syndicus, Ma-
ELISABETHA, Viri Magnifici HENRICI BALEMANNI,
per viginti annos primarii filia. Auum paternum habui
IOHANNEM ADOLPHVM KROHN I. V. D. Syndicum pri-
m, deinde Consulem Lubecensem. Auos quidem ad seros
eruaerat diuina prouidentia, quorum non solum exemplo
singulari quoque in me collata beneuolentia vti mihi licuit
citior Parentum carissimorum iactura. Matrem enim,
uulis essem, Patrem haud ita pridem, quum non exiguae
panductio, non sine luctu amisi. Nihil reliqui fecerunt
vt a teneris vnguiculis me bonorum Praeceptorum fidei
orum ex institutioe hausi quae ad pietatem humanitatemque
BACKMEISTERVM, KROEGERVM, MÜNDERVM, postea
os, iam pie defunctos, itidemque Reu. KOHLREIFFIV M
guis artibusque ingenuis animum indefesso labore praepa-
is officinam litterariam publicam frequentare coepi & cura
OVERBECKII, B. LANGII & Cel. SELENII solidioris
cepi. Pro rostris etiam Gymnasticis, quum Auus honora-
HN Consul cum Auia amatissima A. 1750. die 28 Aprilis
o, Iubilaeum gamicum celebraret, de *Coniugum iubilant-
nignissimo Numine, vero Deo Vitali deriuanda*, publice
cessum vero in Academiam, recitata oratione, *de Lubeca
rebus, quae eius originem reddunt dubiam*, A. MDCCLIII.
ycaeo Patrio dixi. Pater, quia Syndicatus officium, quod
t, mecum iuit in Academiam. Elegit Francofurtum ad
to per terras Hannoueranas, Brunsvicenses, & Marchicas,
cepit me, qui tunc fasces Academiae tenebat, Ill. POLAC-
aque Mathesin enucleantem audiui. Philosophicas praeser-
suisit Reu. SIMONETTI, Ill. SVRLANDIVM & Cel. CVRT-
docentes adii. Historiarum seriem narrante itidem Ill.
strau. Institutionum & Pandectarum Elementa ab Ill.
LIO accepi, linguam gallicam captui accommodauit Mr.
MERCIER.

)((3